



Universitätsbibliothek Paderborn

**Dn. Conradi Clingii Theologi Et Ecclesiastae Celeberrimi
(dum vixit) apud Erphordiam Turingiæ, Catechismvs
Catholicus, summam Christianæ institutionis IIII. libris
succinctim complectens**

Klinge, Konrad

Coloniae, 1570

VD16 K 1309

An schisma trahere & solicitare catholicum, an sit peccatum. tit. 200

urn:nbn:de:hbz:466:1-29452

vobis vno ore & corde Deum honorificare, &c. Cui ad Gala. 5. dicit, Seſtæ regnum Dei non conſequuntur, ſi idem eſt, extra aut intra Eccleſiam colere. Vnde Christus vnum ouile, Ioan. 10. Credo vnam Eccleſiam Catholicam, vnum Deum, Ephes. 4. Non ergo idem eſt, extra aut intra Eccleſiam colere Deum, Paulus omnia reiicit, quæ non ſecum habent charitatem, id eſt, vnitatem, 1. Cor. 13.

*AD SCHISMA TRAHERE ET
ſollicitare Catholicum, an ſit peccatum.*

TITVLVS CC.



RIMÒ. Doctores facri ex ſcripuraſta. cris docent, quod prædicatio & ſollicitatio à fide & obedientia Romana, quæ erit ante nouiſſimum diem, eſt grauium peccatum, grauius idolatria, & grauius omni furto rei temporalis, grauius homicidio corporali. Primo, illa ſollicitatio à fide Romanæ Eccleſiae, & obedientia Romani imperij, à Paulo eſt prædicta, 2 Thessa 2. Non veniet filius peccati, id est, Antichristus, niſi primū ſacta fuerit diſceſſio, Et Christus, Matt. 24. Multi ſurgent pseudoprophetæ, &c. dicentes, Hic eſt Christus &c. Et Paulus 1. Tim. 4. Spiritus dicit maniſteſtè, quod in nouiſſimis temporibus diſcedent quidam à fide. Ergo ergo illa prædicatio & ſollicitatio ad ſchisma prædicta eſt. Sed eſt peccatum peius idolatria. August lib. 1. cōtra Donatistas cap. 8. Ex illatis pœnis, grauitas peccati agnoscitur. Idolatriam puniuit Deus gladio, Exo. 32. ſed ſchisma in audita plaga, id eſt, hiatu terræ, Num. 16.

Secundo, Peius peccatum omni furto rei temporalis, quia tollit gratiā acceptam in baptismo, que nobilior omni re temporali, Mat. 16. quā cōmutatio-

nem da-
dimiſſa-
Sathar-
nouissi-
z. Soli-
one d-
Sulſan-
b. De-
purē v-
Te-
hacau-
Dein-
pede-
ſecta-
in var-
& hor-
Sec-
tatum-
bus, 1-
Quid-
bum-
quid-
Dona-
ſi ro-
ne De-
ſetia-
recep-
Luca-
ethis-
muis,
nus v-
habe-
fana-
tiftia-

gem dabit homo, &c? Et facit redire omnia peccata
dimissa, sicut contigit seruo nequam, Mat. 18. Et redit
Sathan cum septem nequioribus se, Luc. 11. Et erunt
nouissima peiora prioribus. Sic inquit Petrus 2. Pet.
1. Sollicitabunt & angustiabunt pios, sicut impij Noë
ante diluuium, Gen. 7. & Lot in Sodomis, Gen. 19.
Susannam, Danie. 13. Ioseph, Genes. 39. Erasm. in Psal.
13. Deterior est qui in schisma labitur, quam qui im-
pare viuit, & cæt.

Tertiò, quia homicidium priuat vita corporali,
hæc autem salute ac vita æterna, Galat. 5. Sectæ regnū
Dei non consequentur. Crucifixores vulnerauerunt
pedes, manus & latus Christi, Math. 27. Psalm. 21. At
sectæ scindunt & diuidunt corpus Christi mysticum
in varias sectas. Deformat tē secta, & odiosum Deo
& hominibus facit, ac omnia opera tua, 1. Cor. 13.

Secundò inquiunt: Quomodo hoc poterit esse pec-
atum, abire & declinare à pessimis & malis homini-
bus, vt sunt sacerdotes, monachi & cæt? Subinde,
Quid habent amplius Papistæ quā nos? Habemus ver-
bum Dei, vera sacramenta, cultum Dei & omnia: ad
quid vestri indigemus? Sic enim olim obijciebant
Donatisti Augultino, At August. Epistola 50, inquit.
Sivos adeò sancti estis, cur quotidiè oratis in oratio-
ne Dominica Matt. 6. Dimitte nobis debita nostra? Et
si etiam peccatores estis, cur fugitis & contemnitis
peccatores, sicut Phariseus contempserit peccatricem
Lucæ 7? Si non reputatis vos peccatores, mendaces
estis, 1. Ioan. 1. Si dixerimus quia peccatum non habe-
mus, &c. Ad alterum argumentum inquit Augusti-
nus videlicet: Etsi omnia habetis, & putatis omnia
habere, id est fidem, sacramenta, &c. vnum tamen &
potissimum non habetis, id est, unitatem spiritus in
vinculo pacis, Eph. 4. Quid prodest habere membra
sanæ, si corlanguidum est? Habetis baptisma, Eucha-
ristiam, sed sine utilitate, 1. Corinth. 13. Si habuero om-

G G g 5 nem

nē &c Augustinus Episto. 164. Non negamus vos nō habere sacramenta, sed hoc tantum rogamus, admodum natus, deploramus quod utrilibet non habeatis, de rāte schismate. Nihil prodest quid habere, nisi iustus & utrilibet possideatur, &c. Exploratores terrae sunt, qui populum debebāt confortare, auertebant ipsum, Numer 14. Sic faciunt solicitatores à Catholicis unitate ad hanc separationem. Ad unitatem nemo respicit. Augustinus Epistola 156. Si angelus de celo veniret & diceret, suscipe partes Donati, anathema esset,

CONCORDIA CUM CHRISTO
*& discordia cum Christiano, simul
 esse non possunt.*

TITVLVS CCI.

MVLT I dicunt, habeo Christum, credo in Christum, ideo saluus ero & iustus, non curo Papam, Ecclesiam, unitatem, &c. At Augustinus sermone 167, inquit Non potest concordiam cum Christo habere, qui discors est cu fratre Christiano, sicut & scriptura dicit, 1. Ioan. 4. Si quis dixerit Diligo Deum, & fratrem suum odit, mendax est. Qui enim non diligit fratre suum, quem quotidiē cernit ante oculos, Deum quem nō videt, quomodo potest diligere: Dicitur enim proverbio: Si euanescis ex oculis, etiā ex corde statim euanesces. Obliviscitur, quod oculis subtrahitur. Et hoc mandatum habemus à Deo, inquit Ioannes, vt qui diligit Deum, & vult habere Christum, saluus & iustus esse, vt quoque diligit & in unitate existat cum fratre. Concordiam esse in Christum &c. & tamen discordiam secticam cum propria-